

quos eminuisset quidam *Cathog* *Traga* *Præfectus* *Drahomira* delictum, qui etiam congregatis
 armatis noctu domos Christianorum invadebat, ut quandoque ab utriusque partibus una pugna
 contingenti occumberent, scilicet vincantibus Christianis. Sed *Drahomira* quasi tumultibus oc-
 cursura, iussit omnia arma in curiam comportari, quibus iterum occulte gentiles armavit.
 et multos Christianos occidit, et ad sepulchrum *Patris* sui *Grzozlai* profecta iuravit se ne-
 minem Christianum ne filium quidem *Wenceslaum* toleraturam et versa ad suos ait: jam
 primum feci juramentum, quando secundum faciam paucos Christianorum superstites relin-
 quam, tertium vero nemo supervivet. Cum dixisset illi *hus Cathog* ut obvios passim
 per vias et forum Christianos occideret, impatientes tandem Christiani occulte armantur ac
 erumpunt *Cathog* in tumultu occidunt. Eius morte gravius quam si *Pater* aut *mater*
 occubisset afflictissima *Drahomira*, flere, fervere, super sepulchrum *Patris* sui *Dei* sacrificat:
 templa: *Taynense* *S. Georgii* (quamvis in illo maritus eius *Dux* *Wratislavus* fuisse conditus) et
S. Joannis in arce et alia exurit: quoddam divini, quoddam obmurari præcepit. Cum *S. Lid-*
mita *Soerum* suam Christianorum præcipuum columnam ferre non posset, duos illos *Tuman*
 et *Kuman* numeribus illectos in eius necem immisit. Sancta enim *Lidmita* gravissimis illis
 malis mota nepotem suum *Wenceslaum* addixerat, ut gubernationem assumeret depositam *Dra-*
*homi*ra. nec illa tamen quievit. Cum enim videret *Filij* sui *Wenceslai* industriam Christianos
 crescere, etiam ei necem machinata est: atque ad eum profecta cepit verbis suavissimis et
 amicissimis *Fidem* Christianam laudare ac eandem se suscepturam spondere, simulque quendam
 potum ei scilicet obtinere. Sed ille divinitus monitus, potum illum esse mortiferum ad
 eam inquit: scis quod me in lucem dederis, velis eadem ne luce privare, sed nondum
 venit tempus quo tua voluntas impleatur, abi nunc in pace. Quam indignata *Drahomira*
 accessit, eum ad fratricidium omni studio invitare aggressa, simulque iuravit se statim ad se-
 pulchrum *Patris* sui profecturam et *Dei* sacrificaturam ut eorum ope Christianos omnes per-
 deret. Ibat itaque *Traga* *Zateium* versus, cumque *Lagam* *Poloval* (nunc est locus in *Civi-*
 tate